

1786, 28.
12
HISTORIA
JVRIS SAXONICI

SPECIMEN PRIMVM




ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
AVGVSTO CORNELIO STOCKMANNO
LEGVM DOCTORE PROFESSORE

D. V. JVLII A. O. R. C^ICI^ICCLXXXVI

P V B L I C E

AD DISCEPTANDVM PROPONIT
CHRISTIANVS GODOFREDVS LAZER
LEVCOPTRENSIS



LIPSIAE.
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

HISTORIA
CARTARUM

HISTORIÆ CORDVM ORDINIS VACOTOVITATE

LITERATÆ

VAGASIO CORINTHO STOCAMANIO

LEONARDUS DEGOTIUS PHOTIAS

O. ALBERTUS A. O. H. O. L. O. C. C. C. C. C. C. C.

EDIDICIT

AD DISSEMINANDÆ SCHOLÆ

CHRISTIANÆ GODOLTRIAS FVELL

FRAUENSTEINENSIS

LIBRARIÆ

EX OFFICINA RUTTENSIA

Turpe est, respondit Quintus Mucius caufas in foro oranti, ius, in quo versatur, ignorare. Quod uti ego quidem quam maxime diſlum esse cupio caufarum patronis, qui, aut, cum parva nesciant, magna profitentur, aut ea, quae maxima funt in iure civili, tractare audent in caufis, cum ea nesciant, et nunquam didicerint, satis se suo officio functos rati, si iudiciorum formulas usquequaſe corrasas obſervent, addita forte, quae male convenit, regula iuris, aut iis, quorum auſtoritas sine auſtoritate legis nulla eſt: ita, cum peculiariibus suis legibus regatur Saxonia, patria dulcissima, operaे pretium me faſtūrum exiftimavi, ordine quodam commemorare iuris patrii origines, ſata ac viciſtudines, tum ut quicquid mihi unquam de legibus Saxoniciſ innotuit, colligerem, colleſlumque libello quodam tanquam in lance fatuра proponerem, tum etiam, ut edere ſpecimen aliquod ſtudii mei, quod in cognoscendis legibus patrii, quae, domi natae, ingenio ciuium, quam peregrinae omnes, muſt accommodatioe funt, arbitror praecare et cum laude collocari. Nam praeter scriptores, qui potiora iuriſ Saxonici capita in commentariis de iurisprudentiae germanicae hiftoria editis leviter attigerunt, eti hoc ex parte faſtūm eſſe videtur ab aliis viris doctis, Jo. GRYPHIANDRO^{a)} inprimis, CHRISTOPH. SCHREITERO^{b)}, et qui ex iuſtituto iuriſ patrii hiftoriā peculiaři libello pandere aggrefiis eſt, CHRISTIANO HANACCIO^{c)} Anteceſſore quondam in academia Vitebergenſi, quorum de hoc argumen-
to ſcripta opuſcula eruditorum hominum notitiam haud fugiunt, ut adeo id denuo tractaturus laborem inutilem ac proſrus ſuperfluum ſuſcepſe quibusdam videri poſſim: iuvabit tamen, licet non adeo vana mihi opellae meae ſpecie placeam, ut non ſuccurrat, quam multa fu-

A 2

por

a) De Weichbildis Saxoniciſ, Argentorati, 1666. 4.

b) D. de origine iuriſ Saxoniciſ, Lips. 1710. 4.

c) Vorberitung zur Sächſischen Rechtsgelahrheit, Wittenberg, 1765. 8.

persint, quae adhuc dici hac de re et debeant et possint ab iis, qui in recensendis legibus patriis consenserint, iuvabit, inquam, legum memoriae principis Germaniae populi pro virili parte et me ipsum consuluisse, et, si in tanta scriptorum turba mea fama in obscurio sit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini obficient, consoler.

Sed cum omnis, quae suscipitur aliqua de re scriptio, ratione et ordine insituenda sit, ne legentis animus, si vaga erret oratio, ab lectione primo statim intuitu deterreatur: hanc quoque exercitationem quibusdam finibus coercere et circumscribere par esse videtur. Est, qui Germaniam Principem scripsit, JO. PETR. DE LUDOVICO^{d)} omnime ius Saxonum quatuor, quibus internosci debet, periodis complexus. Prima est periodus iuris, quod ante Carolum Magnum floruit, difcendum maxime e corpore iuris germanici a Georgischio edito et e legibus Anglo-Saxonis, quas inter alios, collegerunt BASIL. HEROLDVS^{e)}, FRID. LINDENBROGIVS^{f)}, GODOFR. GVIL. LEIBNITIVS^{g)}, et DAVID WILKINSIVS^{h)}: altera est Caroli Magni, qui leges patrias viatis Saxonibus permisit: tertia Repkovii, qui uno volumine illas complexus est: quarta Augustea, cum aliis legibus sapientissimis, tum vero constitutionibus potissimum Saxonis incluta. Quibus quidem periodis cum recentissima desint tempora, quae, edito iuris Saxonici corpore, quam maxime memorabilia facta sunt, neque velim ego, adiicienda nova periodo, rerum divisiones, quae memoriam nullo modo iuvant, sed onerari potius, praeter necessitatatem augere, adeoque in illam reprehensionem incurrire, quam Ictis veteribus suo iamiam tempore obiecit Cicero: *Icti, inquiens, sive quo plura et difficiliora scire videantur, sive, quod similius veri est, ignoratione docendi, faepes,*

^{d)} LUDOVICI PETRI GIOVANNI, Germania Princeps, Vlmae, 1752. 8.
p. 487.

^{e)} In Originum ac Germanicarum antiquitatum libris, Basil. 1557. f.

^{f)} In Codice legum antiquarum, Francof. 1613. f.

^{g)} In Scriptoribus rer. Brunsvic. Tom. I. p. 77.

^{h)} In legibus Anglo-Saxonis eccl. et civil. Londini, 1721. f.

S P E C I M E N P R I M U M

faepe, quod positum est in una cognitione, id in infinita dispartiuntur; coepi mecum, in tanta iuris Saxonici, quod a Danis quondam, Polonois, Bohemis, Silesiis, Marchionatus Brandenburgici et vicinarum provinciarum incolis receptum per universam fere Germaniam obtinuit, praestantia atque auctoritate, de alio, coque, ut mihi quidem videtur, faciliori ordine ac ratione eorum, quae commemoranda veniunt, cogitare. Totam igitur hanc historiam in tres partes principales tribui comode posse putavi, antiquam, quae a Carolo M. usque ad seculum XII. medium, quae a seculo XIII. ubi speculum Saxonum conditum fuit, usque ad finem seculi XIV. novam, quae a seculo XV. usque ad nostram aetatem, qua Serenissimo FRIDERICO AVGVSTO, Patri Patriae clementissimo, prudentia legislatoria a maioribus quasi tradita fuit, prorogatur, secutus Justinianum auctorem, qui omnem romanam iurisprudentiam a primordiis ad suam usque legislationem in veterem, medium, et novam descripsit¹⁾. Deinde cum iurisprudentia Saxonica, veluti flumen aliquod, sensim paulatimque e pluribus quasi rivis ac fontibus collecta, ad suam magnitudinem ac vim excreverit; constitui apud animum, quo distinclus atque clarius omnia ista, pro temporum vicissitudinibus tradi percipique possent, singula capita in minores quasdam fictiones describere, ac de singulis iuris Saxonici partibus separatim ac proprie exponere, ita quidem, ut tam iuris privati, quod rursum in varias species, civile potissimum, tum commune, tum electorale, ecclesiasticum, feudale, criminale ac politiae abit, quam publici ratio habeatur. Quae cum nimis longam ac copiosam dicendi materiam suppedient, quam ut una exercitatione academica, quae in paucarum plagarum angustiis inclusa tenetur, totus locus absolvit: in partes dissecanda fuit rei tractatio, quas deinceps, oblata scribendi occasione, suo quamque tempore cum eruditis sumus communicaturi.

1) §. 1. Inst. de legit. agn. fucc. v. PERIZON. Diff. ad leg. Vocon. p. 198.

CAPVT PRIMVM.

§. I.

Origines iuris Saxonici.

Expositurus igitur legum Saxonicarum fata ac vicisitudines, neceſſario prius ab ipsis earum initii repetendum existimo, non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod, auctore Gaio, in omnibus rebus animadverto, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constet. Ac prima quidem iuris patrii origo, cum vix aliter derivari possit, quam ab ipsis gentis Saxonicae natalibus atque incunabulis, quae, dici vix potest, quam sint incerta, ambigua et scriptorum nugis referta: in animo est, quae ante Caroli M. tempora poeticis, ut Livii verbis utar, magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea neque affirmare, neque refellere, sed, cum gentis Saxonum primordia, uti Albertus Krantzius ⁴⁾ ingenue profitetur, et originem, et, quas putant antiquitates apud nostros relegen-tem pudor occupet, et confusio faciei, ita puerilibus fabulis et anilibus deliramentis omnia scatent, ea omnia silentio prorsus praeterire. Hoc unum igitur certum est atque exploratum, quod antiquissimis iamiam temporibus Saxones suis legibus ac moribus, quos videntur cum reliquis Germanis communes habuisse, gavisi fuerint. Satis superque id docet A D A M V S B R E M E N S I S ¹⁾, multa tamen, inquiens, utilia atque secundum legem naturae honesta in morum probitate statuerunt habere, quea eis ad veram beatitudinem promovendam potuissent proficere, si ignorantiam creatoris sui non habuissent, et a veritate culturae illius non fuissent alieni.

1) In Saxonie, Francof. 1621. f. in pīrc.

1) Hist. Ecclef. lib. I. c. 5.

alieni. Huc etiam faciunt verba BOTRONIS^{m)}. *De Sassen de leven den so redeliken na der er in der Natur, hedden se Christen Wesen, se weren salich geworden ohne schelde, wann dat se oeren Schipper nicht erkündien.* Praecipua ipsorum laus castitatis cerebatur, vitium ebrietatis, commune quondam omnibus originis germanicae populis opprobrium. Ad haec bona et utilia in morum probitate posita accesserunt etiam instituta maiorum, quae ante Caroli M. aetatem vim legis penes Saxones habuerunt, ut de iis intelligenda esse videantur verba ADAMI BREMENSIS loco paulo ante laudato: *legibus, latiori nimirum sensu, qui ius vel non scriptum complectitur, ita dictis, etiam ad vindictam malefidorum optimis utebantur.* Habuerunt igitur majores nostri cum caeteris Germanis suos mores laude dignissimos; habuerunt, et si non chartis, menti tamen inscriptis optimas leges; habuerunt etiam, qui iura per pagos et vicos redderent, ac controversias minuerent, ex nobilitate electos, additis ex plebe comitibus in consilium et auctoritatem, uti de universis Germanis CAESAR et TACITVS diserte commemorant. Hoc enim et vitae simplicitas, et summum libertatis studium, et tenax moris patrii obseruantus fuisse, ut ex usu et vivendi consuetudine, quam ex imperio legislatoris, regulas vivendi accipere, adeoque iure scripto, h. e. expresse promulgato, aut plane non, aut rarissime; non scripto sive consuetudinario frequentius uti mallent. Unde quod Germanis in universum tribuit encomium C. CORNEL. TACITVSⁿ⁾, *apud hos plus valuisse bonos mores, quam alibi bonas leges, iure optimo maximo etiam ad Saxones pertinuisse videtur, licet ille non loquatur de régula quadam civili et obligatoria, que ex iure consuetudinario orta sit, et vel renuentem stringat, uti CONRINGIVS^{o)}, HERITIVS^{p)}, aliquie fibi persuaserunt.* Videtur potius Taciti Romanorum instituta cum germanicis comparantis sententia haec esse: Germani sponte sua et solo rationis usu duci reclius vivunt, virtutem impen-

^{m)} In Chron. Brunsvic. apud LEIBNITIVM rer. Brunf. T. III. p. 281.

ⁿ⁾ De moribus German. c. 19.

^{o)} De origine juris germ. c. x.

^{p)} Not. vet. Germ. pop. P. I. c. 4. §. 6.

impensius colunt, maiori morum sanctimonia celebrantur, quam Romanis tot legibus scriptis ad eam invitati, quemadmodum de Scythis J U S T I N V S⁹⁾ memoriae prodidit: *jusititia gentis ingenii culta, non legibus.* Qua quidem occasione non possum non, quin sententiae sub-scribam C H A. L V D. C R E L L I I¹⁰⁾ Germanos in universum de moribus suis, qui tandem in iuris cuiusdam consuetudinarii speciem emerse-rant, ut eo sanctior esset eorum penes posteros custodia, tam sollicitos fuisse contendentes, ut eos carminibus comprehensos, quod solum apud ipsos memoriae et annalium genus fuisse perhibetur, publice recitarent. Certe, si quid mihi videre videor, non solum paroeniuarum amor fuit ad seram usque posteritatem sancte conservatus, sed nostra etiam aetate, usu forte ab antiquis ad nos derivato, cantilenarum verificuli aeque ac leges, vernacula sermone *Gesetze, Weise* dicuntur, quod cum aliis satis iam obseruatum fuit H E R T I O¹¹⁾. Plane hoc facit obserratio A V E N T I N I¹²⁾: *nos huiusmodi carmina adhuc hodie leges vocare solemus, quemadmodum et Graeci, ut est apud Aristotelem Stagiritam, nomos.* Etiam nunc leges, quas Moyses a Deo immortali recepit, in templis patrio sermone canimus. Ad Saxones revertor, quos certissime scimus ante Carolum Magnum suis legibus suisque moribus vixisse, licet per temporis injuriam nostram aetatem non tulerint.

§. II.

Vetus lex Saxonum.

Ne vero in indagandis iuris Saxonici antiquitatibus nimium genio indulgeamus, filum abrumpendum atque illuc deveniendum est, ubi certiora iuris patri vestigia deprehenduntur. Reperimus ea in antiquissimo, quod sub nomine legis Saxonum extat, veteris Saxonicae iurisprudentiae

q) Lib. II. c. 2.

r) Pr. de primitiis legum poeticis, antiquissimo genere carminum, Viteb. 1725. 4.

s) L. cit.

t) Annal. Boj. lib. I.

tiae monumento, cuius a cognitione primordia capienda sunt in iure recentiori interpretando, quicquid vel magni nominis I^{lli} contra philosophentur. Neque enim solum mores maiorum et iurisprudentiae a primis, quorum memoria haberi potest, initii faciem suppeditat, verum etiam insignem utilitatem praebet in definiendo iure consuetudinario et interpretum erroribus detegendis. Fuit vetus illa lex Saxorum, cuius non nisi fragmentum habemus, e supellecili bibliothecae collegii Fuldensis primum descripta atque accuratissime in lucem emissa per BASIL. JOAN. HEROLDVM in Originibus germanicis, quarum flatim ab initio mentionem fecimus. Deinde aliam eius editionem, quae riariorum nomine insignitur, ad fidem MSS. veterum denuo curavit Jo. TILIUS, cuius fronti haec inscripta leguntur: *Aurei venerandaeque antiquitatis libelli, Salicam legem continentis a Chlodoveo, Childeberto et Clotario, Christianissimis Regibus prius editi, et postrenum a Carolo M. emendati et aucti; item leges Burgundionum, Alamannorum, Saxonum, Baiuvariorum, Ripuariorum, ex veteribus libris emendationes et auctiores, Parisiis apud Joannem du Puis, 1573. 12.* Post typis impressa est studio FRID. LINDEBROGII ac GOD. GVL. LEIBNITII, quos supra iam laudavimus. Illustrandae porro huic legi multum inservit HERM. ADOLPH. MEINDERSII liber de *statu religionis et reipublicae sub Carolo M. Lengov, 1711.* 4. qui commentarii instar habendus est: supererat tamen omnium diligentiam, qui et titulorum inscriptiones ac paragraphos adiecit, et vero etiam doctissimis eam notis, ex omni antiquitate germanica, legibus Germanorum coaevis et verborum etymologia depromtis, illustravit, CAR. GVL. GAERTNERVS, cuius opusculum inscribitur: *Saxonum leges tres, quae extant, antiquissimae, aetate Coroli M. consellae — acc. lex Frisionum cum notis Sibrandi Siccamae, Lips. 1730.* 4. Exstat etiam recusus ex hac editione legis textus apud PETRVM GEORGISCHIVM in *Corpo iuriis germanici antiquo*, p. 453, seq. Novum denique in antiquam hanc legem Saxonum commentarium eumque criticum, cuius primae lineae ducuntur in Dissertatione: *Fragmenta observationum ad veterem legem Saxonum, Lips. 1779.* 4. parat, Vir doctissimus mihique amicissimus Jo. GOTTL. MÜLLERVS, qui non solum legem ex editione Tiliiana descriptam exhibuit, sed etiam, quicquid post Huitfeldi, Stirnhoekii, Wilkin-

Wilkinfi, Ludwigi et Westphalenii curas ex septentrionalium gentium legibus hoc facere videtur, in suam rem transfusit.

§. III.

Variae de aetate legis sententiae.

De origine aut promulgatione huius legis multi multa scripferunt, et vehementer inter se disputarunt erudit. Sunt, qui eam Carolo M. antiquorem, sunt, qui recentiorem statuant. Qui priorem sententiam amplectuntur, FRID. LINDENBROGIVS^{u)}, BVRC. GOTTH. STRVVIUS^{x)}, aliique: ii omne suum praefidium ponunt in vetustate codicium et sermonis, antiquius Carolo M. tempus, ut ipsis videtur, redolentis: in testimonio Poetas Anonymi, qui Saxones dicit a Carolo M. patriis legibus uti permisso: in capitularibus Caroli ad hanc legem tanquam antiquorem provocantibus. At recte iam reposuit CONRIN-
GIVS^{y)}: quis usus latinae vel linguae vel scripturae saltem apud Saxones fuit ante Carolum? quis usus christiana religionis? quae autoritas regni Francorum? tota vero haec Saxonum lex latine scripta est. Praeterea, ut, quae c. 2. §. 8. et 9. de sanctitate ecclesiarum sancti sunt, taceamus, isti sententiae adverfatur, quod in confilium de morte Regis Francorum eiusque filiorum c. 3. §. 1. poena capitis statuta et c. 14. §. 2. omnes hereditatis tradiciones, praeter eas, quae ecclesiis vel regi fiebant, prohibite reperiantur. Quodsi vero STRVVIUS Capitulare de partibus Saxonie c. XXXIX. porro Capit. Saxonum Aquifranense anni DCCLXXXVII. nec non Capit. IV. app. II. c. XXXV. excitat, ubi ad Saxonum Euva provocavit Carolus; id haud multum ponderis habet. Nam cum lex et euva πολύσημα sint vocabula: possunt etiam ius non scriptum significare. Accedit, quod, quae de peruriis secundum legem Saxonum puniendis in Capitulari de partibus Saxonie c. 33. constituantur, ea in ipsa hac lege

u) Proleg. ad cod. legg. ant.

x) Hist. Jur. c. VI. §. 7. p. 425.

y) De origine jur. germ. c. 13.

lege nostra inveniantur, adeoque a Carolo M. ibidem non ad aliam quan-
dam, sed ad hanc veterem Saxonum legem, provocetur.

At vero etiam sunt, qui veterem legem Saxonum Caroli M.
acte multo recentiorem esse contendant, quorum in numero potissi-
mum SPELMANNVS in Gloffario sub voce *lex Saxonum* nominandus ve-
nit. Statuit nimis, legem nostram Haraldo, Daniae regi, qui anno
DCCCLXXXIV. floruit, esse adscribendam, fultus auctoritate ALBERTI
STADENSIS²⁾ et HELMOLDI³⁾. Sed cum Haraldi leges hac lege
longe recentiores sint, uti satis elucet e testimonio WITTEKINDI
CORBEIENSIS MONACHI⁴⁾ quem ante Haraldum vixisse constat,
et qui Saxonum legem diligenter descriptam inveniri commemorat:
non negamus quidem, Haraldum Saxonibus leges aliquas dedisse, eas
autem ad Saxones Transalbinos cum MEIBOMIO⁵⁾ et HOFFMAN-
NO⁶⁾ suo merito restringendas esse arbitramur.

§. IV.

Vera de legis Saxonum origine sententia.

In tanta doctorum hominum de veteris legis Saxonum ambiguitate fu-
pereft, ut eos nominemus, qui media quaſi via incidentes legem no-
stram ipſi Carolo M. tribuere haud dubitarunt. Eſt in eorum numero
imprimis H. CONRINGIVS⁷⁾, HACHENBERGIVS⁸⁾, GAERTNERVS⁹⁾,

B 2

HOFF-

2) Ad annum 984.

3) Hist. Slavor. I. I. c. 15.

4) Annal. lib. I. apud MEIBOM. scriptt. rer. germ. T. I. p. 634.

5) In Introduct. ad Saxoniae infer. historiam. p. 79. seq.

6) Spec. coniect. polit. c. II. Per. 3. Sect. 8. §. 2.

7) De orig. jur. germ. c. 13.

8) Germ. Med. Diff. III. §. 8.

9) In not. ad L. Sax. p. II.

HOFFMANNVS^{b)}, ut alios mittam, quorum opinio his potissimum rationibus nititur, quod in veteri lege Saxonum usus linguae latinae, quae ante Carolum M. Saxonib[us] parum cognita fuit, adhibitus, veneratio regum Francorum ipsis inculcata c. 3. §. 1. c. 14. §. 2. et ecclesiarum favor et cultus Christianus graviter et frequenter assertus sit, c. 2. §. 8. et c. 14. §. 2. Sane qui legem ipsam evolverit et attente legerit, is deprehendet non mutatas a Francis receptas Saxonum consuetudines, sed solum iura, quibus hactenus usi erant, iussu Caroli in scripturam fuisse redacta. Huius enim, qui et ipse primus acerbo et plus quam tricennali bello Saxones perdomuerat, conflitis et auctoritate potissimum factum est, ut, inita anno 1000, pace Salzenfi, cum ipsa vitae, que usi sunt, ratio eos a scribendi arte alienos fuisse doceat, ex pristinis, qui cum reliquorum Germaniae popolorum antiquis consuetudinibus optime conspirant, moribus, in scripta translatis, colligeretur lex, de qua sermonem instituimus, Saxonum. Clare hoc confirmat **EGINHARDVS**: omnium, inquiensⁱ⁾, nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, defribi ac literis mandari fecit. Tradunt fere idem hoc annales Francorum, qui sunt in P. LAMBECII bibliotheca Caesarea^{k)}, verbis: *Imperator congregavit Duces, Comites, et reliquos christianos populos cum legislatoribus, et fecit omnes leges in regno suo legi et tradi unicuique hominum legem suam, et emendare, ubique necesse fuit, et emendatam legem scribere, et ut iudices per scriptum iudicassent*. Nolo ad alia testimonia provocare. Nam quae circumfertur ipsis Caroli de fede et iudicio regio Aquisgranensi constitutio, ab Imp. Friderico I. et II. confirmata, et a **LINDENBROGIO**^{j)} in lucem edita, ubi inter alia leguntur haec verba: *prout cunctis placuit prudentioribus regni nostri, legem Saxonum, Noricorum, Sverorum, Francorum, Ribuariorum, Salicorum, sicut mos et potestas Imperatorum est, et omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxii, distinxiam*

^{b)} Loco cit. p. 58.

ⁱ⁾ In vita CAROLI c. xxix. edit. SCHMINCKII, p. 130.

^{k)} L. II. c. 5, ad annum 802. p. 382.

^{j)} Proleg. ad Cod. legg. antiqu.

distinctam sub auctoritate regia et imperatoria stabilivi, non ex mea ad-inventione vel corde prolatam, sed communis consilio a me renovatam et auctam in melius, sicut patres et praedecessores mei fecisse perhibentur; eam, quoniam peritis harum rerum arbitris, Conringio in primis, cum ob alia, tum ob varias loquendi rationes, seculo Carolino incognitas, certe non usitatas, suspecta visa fuit, plane intactam relinquo. Satis iam patet, quid de Alberto Kranzio statuendum sit, qui primus negavit, Saxonibus ulla leges a Carolo datas esse, hac usus ratione ^{m)}: quod diligentissimi scriptores illorum temporum nullam eius rei facient mentionem, cum minora multo plurima commemorent: quodque haud fuerit in populo barbaro illa civilitas, ut leges initio requirent, praeter eas, quae universo orbi fatis erant. At ne requirentibus quidem Carolum praescribere leges potuisse monuit iam, qui Kranzium ideo notavit, CONRINGIVS ⁿ⁾, et vero etiam praeter Eginhardi testimoniun lex nostra et capitularia Caroli M. loquuntur. Est igitur tam verum, quam quod verissimum, concessisse Carolum Saxonibus peculiares ac proprias leges ex avitis moribus deducetas, nec Francorum iura iis obtrusisse. Testatum facit, qui et ipse vitam Caroli M., barbaris licet versibus, decantavit, POETA ANONYMVS SAXO, his verbis ^{o)}:

Tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis,
Legatisque suis permisit legibus uti
Saxones patriis et libertatis honore.

Placet igitur, quo diversae hae eruditissimorum hominum de aetate confessae aut promulgatae legis opiniones concilientur, in sententiam transire GAERTNERI flatuentis ^{p)}, continere legem receptos longe ante Caroli aetatem Saxonum mores, sed iussu demum huius Imperatoris factum esse, ut receptae hae populi consuetudines, seu iura usu comprobata in scripturam redigerentur.

B 3

Multo

^{m)} Sax, lib. II. c. 21.

ⁿ⁾ De Orig. juris germ. c. xiii.

^{o)} In Annal. CAROLI M. ad annum 805.

^{p)} In not. ad tit. I. p. ii.

Multo maiori adhuc difficultate preminur in eruendo ac definiendo anno, silentibus plane scriptoribus coaevis. Videmur tamen, cum, quae hac de re proferri possunt, ea omnia in sola coniectura posita deprehendamus, non sine specie quadam assequi posse unum hoc, ut legem hanc ante annum 1000, promulgatam esse suspicemur. Inter omnes enim confat, nostrae legi supplenda et illustranda accesissit Caroli M. duo in primis, de quibus suo tempore dicendi locus erit, de rebus Saxoniciis, capitularia. Et capitulatio quidem, quae *de partibus Saxoniarum* praecipit, prorsus incerti anni est; sed *capitulare Saxonum*, ut ex illius proemio cognoscitur, annum post Christum natum 1000, praefert. Iam vero cum capitularia, quae, observante Cangio, in publicis comitiis, synodis, vel conciliis, episcoporum et populi consensu edita sunt, a legibus in specie sic dictis diversa fuisse sciamus, propterea, quoniam leges de rebus secularibus causisque civilibus latae, capitularia de causis ecclesiasticis et ad statum religionis spectantibus conscripta, ipsa etiam capitula quasi legum appendices et additamenta, interdum emendationes et derogationes esse dicuntur: videor, si, deficientibus aliis rerum gestarum monumentis, licet probabilitatem quandam sequi, coniectura augurari, legem nostram ante annum 1000 latam et capitulari Saxonum esse antiquorem.

§. V.

Argumentum legis.

Iam vero suscepit negotii ordo et ratio postulare videtur, ut, quale argumentum, qualis natura veteris legis Saxonum fuerit, breviter expōnamus. Sane in vindicandis potissimum criminibus, uti tota paene veterum Germanorum iurisprudentia, Saxonum etiam leges versari animadvertisimus. Quo sanctiores enim maiorum nostrorum mores fuerunt; eo magis ii ab omnibus delictis et flagitiis abhorruerunt, coque magis operam dederunt, ne homines ad peccandum invitaret spes improba impunitatis. Unde in universum ex hac iurisprudentiae germanicae facie non abs re mihi

mihi collegisse videtur THOMASIVS^{q)}, iurisdictionem omnem primitario constituisse in criminum coercitione, causarum civilium diiudicationem sive partem veluti accessoriam iurisdictionis criminalis. Certe negotia civilia parcus attingit ipsa lex Saxonum. Est brevissima et absolvitur xix. capitulis, quae de vulneribus, de homicidiis, de coniuratione et laesa dominatione, de furtis, de vi et incendiis, de coniugii, de heredibus et viduis, de dote, de acquisitis, de raptu mulierum, de delictis servorum, de damno casu illato, de animali, quod damnum dat, de eo, qui animal laeferit, de traditionibus, de terra aliena invafa, de exilibus, de liti coniugio, ac de solidis praecipiunt. In multis rebus, uti cognoscet, qui legem ipsam paulo curatius inspexerit, cum reliquarum gentium germanicarum moribus ac legibus convenit: putant tamen multi, multa etiam singularia habuisse, v.c. de poena homicidi, de dote uxoribus a maritis constituenda, de tutela foeminarum perpetua. Sed in eo a reliquis antiquis Germanorum legibus quam maxime receperit, quod poena capitis in illa statuta inveniatur in furtis, v.c. caballorum, alveariorum, vel pretiis trium solidorum, unde lex ipsa nonnullis dicta esse videtur crudelissima a WIPPONE, cuius verba sunt^{r)}: reverus rex de Riburiis ad Saxoniam venit, ibi legem crudelissimam Saxonum, secundum voluntatem eorum constanti auctoritate roboravit.

At, lege ipsi scriptae in breves usus academicos commentationes imposita, cum sit reliqua primi huius capituli pars futurae exercitationi reservanda: hic terminus esto.

q) Diff. de jurisdict. et magistratum differentia secundum mores Germ. §. 52, seq.

r) In vit. CONRADI SAL. ap. PISTOR. T. III. rer. germ. p. 469.

CHRISTIANO GODOFREDO LAZERO
S. P. D.
AVGVSTVS CORNELIVS STOCKMANN.

*E*x quo tempore studiis, quae ab humanitate nomen habent, bene praeparatus in hanc literarum universitatem profectus es mercatum eas artes, quibus in scholis ut penitus poliatur iuventus, haud datur copia: coepi ego TE cum propter ingenii praestantiam ac literarum cupiditatem, insignem profecto et laude dignam, tum vero etiam ob animi, quem in TE cognovi, candorem, morumque venustatem vehementer amare atque diligere. Magis adhuc auctor est ille amor, cum TE in lectionibus meis et publicis et privatis doctrinae copiam tanto TIBI studio comparantem conspicerem, ut TVA TIBI virtus et assiduitas me ficeret amicum. Nihil mihi igitur iucundius, nihil suavius contingere poterat hac TVA voluntate, qua significabas, esse me debere eum, qui publicae disputationis instituenda causa TE in locum amplissimum et auctoritatis plenissimum duderet. Neque enim solum TIBI hoc eruditonis specimen, quod editurus es, strenue ac fortiter hunc libellum pro cathedra defendendo, sed et Matri TVAE, Matronae Ornatisimae, ac Consultissimo et Excellensissimo FVNCKLERO, Consobrino longe carissimo, tam dulcem curae suae et in TE benevolentiae fructum, atque omnibus omnino TVIS hodiernum diem, vehementer, pro meo erga TE amore, gratulor, et ex animo opto, ut divina providentia VOS salvos, sospites atque incolumes tueatur, et omnia TVA coepita, in primis autem hunc, quem paras, ex academia discessum TIBI bene et feliciter evenire iubeat. Ceterum oro atque obsecro TE, velis mihi in posterum amorem atque amicitiam TVAM sartam testam conservare. Est enim, et vere est, ut ait Aristoteles, μία ψυχὴ ἐν δύοις σωμάτοις amicitia.

Scrib. Lipsiae ipsis Calendis Julii A. O. R. cīc Iō CCLXXXVI.


Leipzig, Diss; 1786 K-2



f

56.





HISTORIA JVRIS SAXONICI

SPECIMEN PRIMUM



ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

AVGVSTO CORNELIO STOCKMANNO

LEGVM DOCTORE PROFESSORE

D. V. IULII A. O. R. C. I. C. C. L. X. X. X. VI

P V B L I C E

AD DISCEPTANDVM PROPONIT

CHRISTIANVS GODOFREDVS LAZER

LEVCO PETRENSIS



LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIA

